	A	B/C	D
c. 17.	*De decimis et nonis atque castigatia ecclesiarum Dei dare et emendare studeant.*	*XVIII. De decimis et nonis atque castitia ęcclesiarum Dei dare et omnes dare studeant.*	*XVII. De decimis et nonis atque iustitia ecclesiarum Dei dare*[k] *et emendare studeant.*
c. 18.	*De banno domno imperatoris et regis, quod per semetipsum consuetus est bannire, id est de mundoburde ecclesiarum, et viduarum, orfanorum, et de minus potentium, atque raptum, et de nostro placito instituto, qui ista inrumperint, bannum dominicum omnimodis componant.*	*XVIIII. De banno domno imperatoris et regis, an per semetipsum consuetus est bannire, id est de mundeburde ęcclesiarum, et viduarum, orfanorum, et de minus potentium, atque rapto, et de exercitali placito instituto, ut hii, qui ista inrumperint, bannum dominicum omnimodis conponant.*	*XVIII. De banno domni imperatoris Karoli, quod per semetipsum consuetus est bannire, id est de mundoburdo*[l] *ecclesiarum, et viduarum, orfanorum*[m]*, et de minus potentium, atque rapto, et de exercitali placito instituto*[n]*, ut hii*[o]*, qui ista inrumperint, bannum dominicum omnimodis componant.*
c. *18a.*	*De episcopis, abbatibus, comitibus, abbatissis nostris, qualiter inter se habeant concordiam et amicitiam;* *et in eorum sacramento missi nostri omnem rei*[p] *veritatem nobis renuntiare studeant.* *Sciant, ut omnes habeant bonos et idoneos vicedominis et advocatos.*	*XX. Ut diligenter inquirant inter episcopis, abbatis, sive comites, vel abbatissas, atque vassos nostros, qualem concordiam et amicitiam ad invicem habeant per singula ministeria, an si aliqua discordia inter ipsos esse videtur, et omnem veritatem in eorum sacramento nobis exinde renuntiare non neglegent.* *Ut omnes habeant bonos et idoneos vicedomnos et advocatos.*	
c. 19.		*XXI. In Parisiaco, Melciano, Melidunense, Provinense, Stampinse, Carnotinse, Pinciacense, Fardulfus et Stephanus.*	[q] *In Cenomanico, Hoxonense, Livino, Baiocasim, Constantino, Abrincadin, Ebrecino et Madricinse et de illa parte Sequane Rodomense, Magenardus episcopus et Madelgaudus*[q].

---

k) *ut dare* (*ut* über der Zeile nachgetragen) 2. l) *mundiburdio* verbessert aus *mundoburgi* 2. m) *et orfanorum* über der Zeile nachgetragen 1. n) *instituti* 1. o) *hi* 2. p) *regi* Hs.